Anthologia
ab
Aleandro
B[illegible]lario
Nicholao
Musuro
Hermonymo
[illegible]ublicata

10487

N° 18032

8

# Table des Ouvrages de ce Volume


Antologia Græcorum Epigrammatum Liber primus universus, per Franciscum Bellicarium Peguilionem in Latinum sermonem conversus. pag. 1.

Senarii Græcanici Quingenti et eò amplius versi, singuli Moralem quandam Sententiam aut Typum proverbialem præ se ferentes, Othmaro Nacht=gall. Argentino Metaphraste. pag. 115.

107 344

# Preclare dicta ſeptem ſapiētū grecie Georgio Hermonymo interprete, fideliſſimo, Preterea

Verax ariſtotelis de virtutibus Interꝑtatio ex greco ī latinū Ab eodē georgio Hermonimo ſptano Adiecto pij pape de remedio amoris diuino tractatu.




Spes mea ieſus.

N.B.T. ad ſpectatorem.

Hoc eme: ſi cupias virtutes noſſe: vel ipſa
Grecorū ſeptem dicta notanda ſophon:

58

## Carmen ex greco conuerſum.

Verba loquor ſeptem ſapientū nomen & vrbem
Cerne ſolon vite finem ſacris in athenis
Inq̄ʒ caua chilon temet lacedemone noſce
Optima menſura eſt cleobolus lydius inquit
Turba bias priene genitus canit ampla malorū
Nil nimis eſt genitus qui pittacus ex mytilene
Et periander agens ire moderare corinthi,
Miletoq̄ʒ thales ortis vadimonia lingue:

ΤΕΛΟΣ

## De fedo luxurie appetitu heroycum carmē.

Luxuries predulce malū que dedita ſemper
Corporis arbitrijs: ebetat caligine ſenſus
Mēbraq̄ʒ circeis effeminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu: ſed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas: & amicta doloſis
Illecebris auro toruos circūligat hidros
Illa voluptatum multos innexuit hamis

Sequuntur preclara ſeptem
ſapientum documenta.

Solonis athenienſis.

¶Nihil nimis vel dices/vel ages.
Voluptatem fuge que dolorem parere ſolet
Verba ſilentio quaſi ſigillo munies/ſilentiũ tẽpore
Vel ſilentiũ oportunũ ſeruare:vel vtiliter loqui
debes. Res ſerias ſtudioſe amplectere.
Amicos non cito facies: quos feceris ſeruato.
Impera vbi alieno imperio parere didiceris
Conſule non que ſuauiſſima: ſed que optima ſint.
Viribus vtere in hoſtes:pudore cũ amicis.
Ratione vtere duce.
Cum malis hominibus noli congredi ne ſimilis iis
eſſe videaris. Sacrificiis deũ cole.
Ne quodcũq; videris dicere velis
Mitis tuis hominibus eſto. Finem aſpice vite
Pudeat te non eorum que bene aguntur:ſed eorũ
que male. Veritate nihil preſtantius.
Calumniis protinus noli credere.
In conuiuio noli loquatior eſſe ne reprehendaris.
Proximũ maledictis noli laceſſere.
Seniores venerare.
Hominem importune induſtrie odio habeto
Dannum potius velis q̃ turpe lucrũ.
Rem alienam noli cupere.
Legibus obtẽpera. Iudicem metue.
Ab inuidia abſtine.
Caue ne vadimonium preſtes.
Cum paribus cena. Potentioribus cede
Litem deteſtare. Amicos adiuua.
Tempus obſerua. Liberos erudito.

Solonis atheniẽſis dicta de Silentio

De amicis cõparandis

Nota ſic ꝓpheta cũ ſancto ſãct' eris

Finis ſpectãd'

De multiloquio

Nota: ꝑceptũ decalogi

Vnde: neſi obſes

Nota.

Iudica iuſte. Meritis vicē redde
Agere cognita/vel cū cogitaueris.
Inlin Cibi continens eſto. Veritati cede.
guaces Lingue frenū impone Caſtitatē cole.
Chilo ¶Noſce teipſū. Tace ſecreta. Tempori parce
nis Iniuriā forti animo feres
lacede= In conuiuio prolixius loqui nō debes: errorē enim
monij. committas neceſſe eſt.
dicta Libertatē vendere non debes.
Nota. Natu maiorē cole. Maledicū noli audire.
Damnū ex re honeſta potiꝰ q̄ ex turpi ꝓbare debes
in p̄cipi Caue ne ligua anteueniat rationem.
tes Ire impetū contine: vel iram vincito.
Doceas deambulādo. Inimicis conciliare.
Nemini prauus videri debes.
De re e= Quod iniquū eſt/alienū a prudētia eſt.
ſtimāda Quod iuſtū ē id admodū prudētiā pre ſe fert.
Cleobo= Iniquū rerū eſtimatorē ſe prebere inutile ē
li lidii di ¶Modus omnibus in rebus optimus eſt
cta Deum precare. Parentes venerare.
de recō Inimicos tibi amicos facito ſi fieri poteſt.
ſiliatōe. Stude potius audire q̄ loqui.
Nota. Honeſte loquere. Virtutē cole.
Vitium deteſtare. Gloriam ſerua.
Iniuriam odio habeto.
Per vrbem incede modeſte.
pro vxo Cum ciuibus iocūde verſare.
re docu Voluptatem vince. Vino non abutere.
mētum. Nihil per vim agere debes. liberos erudito.
Vxori neq; idulgēdū nimiū eſt: neq; repugnādū.

Cleobolus lidius   Bias pireneus.

Familiares maledictis noli laceſſere
Fortuna nec pſpera efferri neq; aduerſa deprimi debes — de fortuna
h Omines maxima ex parte mali ſunt. — Biātis
Res mature aggredere. — prienei.
Quem probaueris diligenter ſerua   Demētiā reice — dicta.
Hominē prauum noli laudare. — Nota.
Sermonē procatiorem deteſtare.
Loquacitas odioſa eſt. Res diuinas enarra.
Non omnibus mens adhibenda eſt
Tempus obſerua.
Si pauper es/cū diuitibus noli contendere.
Rem turpem noli propter diuitias laudare — Nota.
Prudentiam cole.
Nemini nocebis: vel ſi neceſſe eſt/id ſolus facias — Nulli
Nil nimis — nocēdū
¶ Que factur⁹ es noli dicere. Nam ſi nō bene ceſſeris: riſum captabis. — Pictaci. mythilenei dicta
Infelici noli fortunā obicere.
Amicū non vituperabis.
In parua iactura nimium commoueri non debes. — Nota.
Cultus diuini curam ſuſcipe.
Vere iudica. Nihil inconſulte ages.
Tempore idoneo vtere:
Inimicis reconciliato.
Diſciplinam cole.
Morum facilitatem ſerua
Continentiam ſerua. Pietatē cole. — Nota.
Caue ne leges feras.
Fidem omnibus antepone.

Pittacus mytilineus ¶ Periāder corithi⁹
Iram vince.

Periādri corithij dicta

¶ Studio omnia augentur.
Res honeſta omnibus placet
Temeritas nulla in re tuta eſt.
Turpe lucrum magnam affert infamiam.
☞ In fortuna ſecūda modeſt⁹: in aduerſa ſapiēs eſto.
Da operam vt viuus laudari / mortuus beari poſſis
Nota: Secreta ſerua
Verbum occultum diligenter occulta.
Caue ne maledic ere incipias.
Tranquillitas animi pulcherrima in vita eſt
Parentes probos imitare
Nota. In rebus aduerſis diſſimula. Ne inimicos oblectes.

Tale milesij dicta

Caue ne fide iubeas.
Amicorum & pñtium & abſentium memor eſto.
Cole non faciem: ſed animū.
☞ Detrimentoſum eſt ſe vades alijs facere.
Nota Parentum animum tibi placitum ſerua.
Ocium fuge. Diſciplinā magnifacito
Grauis ſarcina imperitia eſt.
Noli omnibus credere Diuitias iniquas vitabis

In male dicos

Que contra amicos dicūtur noli audire
Q̃tum honoris alijs tribueris tantū recipies.
Grauis puſillanimitas eſt Moleſta ſtultitia eſt.
☞ Vitia rei domeſtiſce occultabis.
Ab inuidia abſtine.
Operam literis accuratius q̄ pecunijs dabis
Prudenter periculis te expones.
Pro viribus ſacra facies.
Nota. Etatem in bene agendo conſume.

Fortunato noli inuidere.

Terre mutuare melius eſt q̄ hominibus / que quod acceperit vberime reddit. Siccanit heſiodus

Finis dictorum ſeptem ſapientum.

Ariſtotelis de virtutibꝰ īt̄ptatio

¶ Omne honeſtum laudabile eſt. Turpe omne vituperabile. Virtus honeſta antecedit: turpia vitiū. Laudabile etiam eſt quod vel cauſa ſit virtutis vel ſequitur virtutem vel ab ea proficiſcatur: vel officium eius ſit. Contrarium autem omne vituperabile eſt. Sed cum anima tripartita ſit autore Platone virtus partis rationalis eſt prudentia. animoſe manſuetudo & fortitudo. Cupide Temperentia & continentia: Totius autem anime Iuſticia liberalitas magnanimitas. Nota plato:

¶ Vitium partis rationalis eſt dementia animoſe iracundia & timiditas. Cupide luxuria & incontinentia. Totius autē anime Iniuſticia. Illiberalitas puſillanimitas. Vitium Nota.

¶ Prudentia eſt virtus partis anime rationalis que parat ea que ad felicitatē pertineāt. Prudentia

¶ Manſuetudo eſt virtus partis animoſe qua difficile ab ira moueamur Mãſuetudo:

¶ Fortitudo eſt virtus partis animoſe qua difficile pre metu mortis expaueſcamus Fortitudo

¶ Temperantia eſt virtus partis cupide qua voluptates obſcenas non expectamus. Tēperētia

Continētia eſt virtꝰ partis cupide qua cupiditatis; Cōtinēt

ad voluptates vitioſas impetum retineamus obtem perando rationi.

**Iuſticia** ¶ Iuſticia eſt virtus anime que ita diſtribuat vt quiſqꝫ ſit dignus et mereatur

**Liberalitas** ¶ Liberalitas eſt virtus anime qua in reb' honeſtis facile pecunias erogemus.

**magnanimitas** ¶ Magnanimitas eſt virtus anime qua moderate ferre poſſimus fortunam tam proſperam ; q̄ aduerſam atqꝫ etiam honorem aut ignominiam

**dementia** ¶ Dementia eſt vitium partis rationalis que cauſa ſit male viuendi.

**Iracundia** ¶ Iracundia eſt vitium partis animoſe qua facile ab ira moueantur

**Timiditas** Timiditas eſt vitium partis animoſe qua pre metu obſtupeſcant: et maxime mortis formidine

**luxuria** ¶ Luxuria eſt vitium partis cupide qua ſibi deligāt voluptates prauas repugnante ratione

**Iniuſticia** ¶ Iniuſticia eſt vitium anime qua iniqui ſint preter q̄ dignum aut meritum ſit.

**Illiberalitas** ¶ Illiberalitas eſt vitium anime qua vndiqꝫ lucrū appetant.

**puſillanimitas** ¶ Puſillanimitas eſt vitium anime qua honeſte ferre fortunam vel proſperā vel aduerſam atqꝫ etiā honorem aut ignominian non poſſe videantur.

**Prudētia officia** ¶ Prudētie officia ſunt deliberare / iudicare mala et bona. deniqꝫ ommia: que in vita expetenda vitāda ve ſint Item recte vti rebus que aſſunt bonis: recte congredi cum iis quibus cum comitate iuncti tempora obſeruare. meminiſſe & iudicare. vti perſpicientur tum dicendi tum agendi facultate vſum

atq; experientiam omnium rerum vtilium habere.

Nota

Memoria vero experientia & perſpicientia / aut a prudentia proficiſcuntur ;aut prudentiā conſequūtur aut certe aliqua eorum cauſam conferūt vt prudentia exiſtat veluti experiētia & memoria aliqua tanq̄ partes prudentie ſunt vt conſilium & ingeniū ſolers ac perſpicax.

Memoria

Manſuetudinis officia ſunt poſſe crimina pati leuiora deſpectuſq; mediocres:ne cito ad vlciſcendum veniamus.ne de facili ad irā moueamur.vt mores noſtri careant acerbitate et cōtentione habeāt aūt animi tranquillitatem & moderationem

Māſuetudinis officia

Nota.

¶Fortitudinis officia ſūt ne metu mortis facile expaueſcamus.vt in periculis bono animo ſim⁹ vt facile pericula ſubeamus.vt mortem appetere potius honeſte q̄ turpiter viuere velimus vt operam dem⁹ quo autores victorie efficiamur. Quin etiam fortitudinis officium eſt velle & poſſe labores ſuſcipere ac tolerare.Sequitur fortitudinem audentia ſecuritas animi ſtrennuitas. fidentia ad hec induſtria & laborum perpeſſio

Fortitudinis officia.

Nota.

¶Temperentie officium eſt non vinci a voluptatibus corporis.nullo appetitu teneri turpium voluptatum.ſuſpicari vel iuſtam licentiam vite ordinē & modum tam in paruis rebus quam in magnis ſeruare Sequitur temperantiā ordo modeſtia dignitas verecundia pudor cautio

Temperantie officia.

¶Continentie officium eſt continentie rationis vſu cupiditatem propenſam ad voluptates obſcenas & ſolatia vitioſa.Item tolerare ac perpeti naturale de

Cōtinētie officia

ſiderium & angorem.

Iuſtitie officiũ ☞ ¶ Iuſticie officium eſt diſtribuere ꝓ meritis & ꝓ dignitate ſeruare morem paternum. iſtitutaq; patrie ſeruare leges veritatem colere vbi refert. ſeruare pacta. prima iuſtitia in deum eſt. ſecunda in patriam

Nota & parentes. Tertia in defunctos. pietas etiam in oĩbus hisque enumerauimus verſatur ſequitur iuſtitiam religio. veritas. fides. odium prauitatis.

Liberalitatis officia ¶ Liberalitatis officium eſt pecunias erogare ĩ reb⁹ honeſtis & largitate quotiens vſus exigit opitulari quotiens refert. non accipere vnde non oporteat. ꝑ

Nota fecto homo liberalis & veſte vtĩ cultiori / & edib⁹ ornatis / condere ſolet que vſum excedant ornatu preſtet. iocundam ſpeciem magiſq; vtilem habeant ale

☞ re etiam ſolet animalia ĩ quibus peculiare quoddã ſit aut admirandum. Sequitur liberalitatem moꝝ facilitas. agilitas. benignitas. humanitas. miſericor

Nota dia. hoſpitalitas. expolitio.

Magnanimitatis officium ¶ Magnanimitatis officium eſt ferre moderate fortunam tam proſperam quam aduerſam atq; etiam honorem & ignominiam nulla teneri admiratõe vl delitiarum vel fortunarum vel poteſtatũ vel victori

Nota arum: ſed excellenti animo eſſe & magno. Vitam e

☞ tiam nõ magnifacit nec ſtudet vt viuat qui magnanimus eſt. Aſpectus / ſimplex / ingenuus eſt. affici iniuria poteſt. nec vlciſci cupit. Sequitur magnanimitatem ſimplicitas atq; veritas.

Dementie viciũ ¶ Dementie vitium eſt male de rebus iudicare male deliberare male congredi quibus cum comitate iũcti ſum⁹. male vti reb⁹ que adſũt bonis. falſa opi

nari de iis que pertinent ad vitam honeſtis & cõmodis. Sequitur dementiam Ianſcitia/imperitia /cõtinentia/inepta obliuio.

Nota.

¶Iracundie tria ſunt genera. excandeſcentia acerbitas:& aſperitas animi. Vitium iracũdi eſt vel minimas deſpitientias pati non poſſe Sed continuo vltionem cupere & vindictam: facile iraſci a quolibet verbo aut dicto. Sequitur iracundiam concitatio:iconſtantia:aſperitas animi. moleſtia & angor paruis de rebus:crebro ſic affici intra breue tẽporis ſpatium.

Iracundie tria genera.

Nota.

¶Timiditas vitium eſt facile frangi a quo vis metu ſed potiſſimum formidine mortis: aut tegẽdi corporis. putare melius eſſe aliquo pacto ſeruari q̃ mortem petere honeſte. Sequitur timiditatẽ lãgor:ignauia :otium: indulgentia vite : Cautio etiam quedã ſubeſt & contentionum vacuitas

Timiditatis vicium

¶Luxurie vitiũ ẽ: diligere voluptates obſcenas & nociuas putare felices eos eſſe qui voluptatibus diffluant turpibus:in ridiculis etiam & cõuitijs & ſcurris delectari atq; fallacem eſſe & in dicendo & ĩ agẽdo. Sequitur luxuriam inconcinitas : impudentia: deformitas:quedam vite impolita actio negligẽtia etiam & contemptio & diſſolutio.

Luxurie vicium

Nota.

¶Incontinẽtie vitium eſt perſequi voluptates repugnãte ratione. Cũq; exiſtimet eſſe melius abſtinere nihilominus perſequitur & cum res honeſtas aut vtiles agendas cenſeat tamen deſiſtit ab officio propter voluptates. Sequitur incontiuentiam langor. penitentia/& eadem fere que luxuriam.

Incõtinẽtie vicium

Iniuſticie tria. ſūt genera īpieitas. Iniquitas Contumelia Ennius Iniuſticie viciū

Iniuſticie tria ſunt genera. iniquitas. contumelia Impietas eſt error in deum aut demones aut etiam vita functos. & parentes & patriam.

¶ Iniquitas eſt qua preter commerciorū aut dignitatis rationē tribuitur. Contumelia eſt qua ſibi voluptatem parent cū dedecore aliorum. vnde enni⁹ de hac que q̄uis lucretur inquit tamen nemini iniuriam facit

Iniuſticie vitium eſt tranſcendere morem paternū inſtitutaq; patrie: legibus aut magiſtratibus non obtemperare. Iuſiurandum non ſeruare/contra pacta & fidem agere. Sſequūtur iniuſticiam calumnie falſa crimina arrogantia. faſtidium humanitas ficta peruerſitas. aſtutia.

Illiberalitatis tria ſūt genera ꝑcitas Auarus quis eſt

¶ Illiberalitatis tria ſunt genera. cupiditas lucri inhoneſti: quod lucrionis eſt Parſimonia & auaritia. Lucrio eſt qui vndiq; lucrū querat queſtūq; maioris faciat quam verecundiam:

¶ Parcus eſt qui minus pecunie impendat cum res ſumptum requirat ampliorem

¶ Auarus eſt qui impendat quidem: ſed paulatim atq; plus detrimenti capiat. cum nō oportune emolumentum intendat nec dedecus vllū exiſtimat eē in rebus. ſi modo quacunq; ratione pariant lucrū.

Nota.

Vita hominis illiberalis ſeruilis abiecta. vilis impolita ſordida eſt. ab omni honoris ſtudio & libertate remota Sequitur illiberalitatem rerum minimarū ratio exquiſita & cura/āxietas. aſperitas animi humilitas anguſtia. ignobilitas odiū generis humani

¶Puſillanimitatis vitium eſt nō honorem non igno
miniam non fortunam vel proſperam vel aduerſā
ferre moderate, ſed per honorem inflari & parum
ſecunde fortune adeptum afferri atq; geſtire. Igno
miniam vero pati ne minimā quidē poſſe quālibet
iacturam ſummam calamitatem arbitrari. Conq;
ri de omnibus rebus moleſteq; ferre. Talis etiam pu
ſillauimis eſt, vt deſpicientiam omnem contumeliā
appellet & ignominiam. etiam ſi quid per iugnorā
tiam aut obliuionem factum ſit Sequitur puſillani
mitatem rerum minimarū ratio exquiſita & cura.
querela. deſperatio humilitas

Puſillanimitatis Viciū
Nota.
puſillanimus

¶Virtutis omnino proprium eſt vt ſedata omni p
turbatione facta q̃ tranquillitate & requie animū i
ſtituat bonitate ſibiq; concinum omni ex parte red
dat. Itaq; rei publice bene morate munus eſſe vide
tur. vt ciues a pueritia bene animo affici & informa
ri procuret. ¶Virtutis etiam officium eſt bene me
reri de hominibus qui digni beneficio ſint bonos di
ligere: prauos deteſtari non crudelem: immanem.
immitem: atrocem eſſe: non vlciſcendi & puniendi
cupidum non propenſum in animaduerſionē. Sed
humanum clementiem: benignum: miſericordem.
beneficum Sequitur virtutem frugalitas: bonitas e
q̃tas: gratitudo: ſpes bona: memoria bona. ad hęc
amor erga familiares: erga amicos: ſtudiū etiā ho
noris & glorie. Item amor in ſocios: caritas in hoſpi
tes: deniq; rei cuiuſq; honeſte opera atq; ſtudium
que omnia laudanda ſunt Contraria vitio dantur
& omnia que vel a vitio proficiſcantur vel vitiū con-

Virtus.
Nota.
p ludi magr̃is
virtutis officia
Nota.
Bn̄ficia virtutis

Pij pape de remedio amoris
ſequantur vituperanda ſunt.

Finis.
Spes mea ieſus.

N. Boneſpei treceſis diſtichon

Si teneros pharetratus amor/ſemel vlceret artus:
Vix reprimet morbos vlla medela graues

Tractatus pij pape de amoris
effigie ad carolum ciprianum

Viſio nis deſcriptio — Vidimus effigiem laſciui nuper amoris.
Que nimium mentem mouit ymago meam
Nec barbam malis: nec corpore/tegmen habebat
inept' amor — Nudus terga: manus: pectora. crura: pedes
Atq; humeris ale ſuberant: & flexilis arcus
Lumina ſub tenero ceca ſupercilio
īterrogatiões — Cur puer imberbes nulla lanugine malas
Cur melius nulla corpora veſte tegat
Lumine cur careat. pharetram cur geſtet: & arcū
Cur habeat pennas calliopea refer
reſpōſio verba muſe — Sic ego: ſic retulit queſitas illico cauſas
Maxima pegaſei calliopea chori
¶ Qui ſapit euitat male ſana cupidinis arma:

Et tantum pueros intrat ineptus amor
Siue ꝙ eſt puero ſimilis: qui cepit amare
Et perijt mente: hic pingitur inde puer
Pingitur & nudus: nullum ſeruare pudorem
Et meminit ſimplex: & manifeſtus amans
Pingitur & cecus: quia non bene cernit honeſtum.
Nec ſit quo virtus: quo ferat error amans
Vel quia que peccet credat ſecreta latere
Cuncta nec in ſeſe lumina verſa videt
Sic eſt omnis amans ſic ſe ſic omnia neſcit.
Conſilium: famam: ſydera: iura: deos
Aureaqꝫ curuo torquebat ſpicula cornu
Pingere corda ferus ſignificatur amor
Quod leuibus volucres humeris ſuſpendeat alas
Cauſa eſt huc illuc ꝙ leuis errat amans
Vel ꝙ amor curſum non ſemper ſeruat eundem
Nūc abit & paruas poſt redit īde moras
Dixerat & preſens obmutuit orſa labellis
Effudi tales protinus ore ſonos.
¶ Quam vidi effigiē. pharetram geſtabat: & arcū
Fax tamen in dextra non fuit vlla ſua
Sed quoniam veterum finxere poemata vatum
Quos ego quid temere cōmemoraſſe putē
Dic quare tedas fertur geſtare cupido

Margin notes:
qd cauſe ꝙ puer pigit̄ cupido
Cur amor nud⁹ ſit de pictus
Quare ſit cecus
Alia rō
Amator icertus.
Quidam cūgeſtet
Cur nā ſit alat⁹.
Inſtabilitas amantiū
cōcluſio petitio
Quo nā pacto vet⁹ cupidinis effigies

Rño qm̃ vrit amor ☞

Sic precor armatas: cur habet igne manus
Queſitam verbis reſpondens muſa duobus
Sic leuiter cauſam reddidit: vrit amor.

Finis huius diuini tractatus de remedio amoris

Tetraſtichon oia claudens ad cypacũ

Accipe laſciui: que nam ſit amoris ymago
Carole cypriaci gloria magna ſoli
Vt melius miſerum caueas (dum noris) amorem.
Et redeas ad te dũ monumẽta leges

Sententia hec ſcdm̃: S hieronimum.

N. Boneſpei T: diſtichon admonitorium.

Semper agas aliquid ſtudioſi, ſemper ad vſus
Cingito membra ſacros ni ſerus intret amor.

Cõtẽta: hoc in opuſculo ꝑg̃utili.

Ad lectorem

Virtutes varias: ſapientum dictaꝗ; ſeptem
Grecorum: hic ꝗ; pij carmen amoris habes.
Τελοσ τω θεω χαρισ.

Impreſſum fuit hoc elegans opuſculũ parrhiſijs i angiportu clauſi brunelli apud iohannem gourmont ſub ſigno Cornu damme Anno chriſtiane ſalutis. M. d. Vij menſe octobris Et illic venale reperies. Ac antę collegium cameracenſe.

Finis laus ieſu.